UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

LVI. Markgraf Ludwig überläßt die Münze zu Königsberg den Gebrüdern Ungelder auf 13 Jahre, am 19. Januar 1344.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

dyacono Vſenamenſi in eccleſia Caminenſi, et Reynoldo Gotbeke, clerico, et quam pluribus aliis fidedignis. In horum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 43.

LVI. Markgraf Ludwig überläßt die Münze zu Königsberg den Gebrüdern Ungelder auf 13 Jahre, am 19. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. locauimus et expoſuimus, locamus preſentibus et exponimus monetam ciuitatis noſtre Koningesberg prudentibus viris nicolao et Iohanni, fratribus, dictis vngeldern, ipſorumque veris et legitimis heredibus, dum primum ſex anni, quibus eandem monetam diſcreto viro Heinrico Bolloni, predicte ciuitatis ciui noſtro dilecto, locaſſe et expoſuiſſe meminimus, elapſi fuerint et exſpirauerint, per XIII annorum ſpatium continuum ſine inquietatione et impedimento quolibet pacifice poſſidendam, Volentes tamen, vt ipſam monetam, uti ceteri monetarii, eorum predeceſſores, rexerunt et habuerunt, dirigant atque regant. In cuius etc. Teſtes Tek, Lindow, Huſener, pincerna, Helb, milites, Haſſo de wedel, Loterpeck, Wolf. Datum Hauelberg, anno M° CCC° XLIIII°, feria ſecunda ante agnetis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

LVII. Markgraf Ludwig ſichert den Bürgern der Städte Königsberg, Soldin, Arnswalde, Friedeberg, Woldenberg und anderer Städte über Oder den Gerichtsſtand vor dem Stadtgerichte und den Rathsherren vor dem Hofgerichte zu, am 19. Januar 1344.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. diſcretis viris civitatum noſtrarum Konniges-berg, Soldin, Arnswolde, Fredeberg, Woldenberg ceterarumque civitatum noſtrarum omnium trans oderam ubicunque ſitarum nobis pertinencium civibus et incolis univerſis, fidelibus noſtris dilectis, talem contulimus et preſentibus conferimus graciam ſingularem, quod nullo judicio nec aliquo coram judice pro aliquibus caſibus ſive cauſis extra muros civitatis proprie debeant quomodolibet conveniri, ſed coram judicio proprie manſionis reſpondere ſine contradictione tenebuntur. Addicientes, ſi aliquos vel quemquam predictarum conſulum civitatum excedere contingerit, hii coram judice curie noſtre aſtare judicio debebunt reſponſuri et ſatisfacturi ſuper ſingulis queſtionum materiis actoribus vel agenti. In cujus etc. teſtes Decke, Huſsener, Hele, Haſso ſenior de Wedel, Wolff. Datum Havelbergh, Anno MCCCXLIIII, feria II ante Angnetem.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 245. 213.